

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Christoph. Matthaei Pfaffii ... Institutiones Historiae Ecclesiasticae

Juxta Ordinem Seculorum Brevissimo Penicillo Delineatae ...

Cod. Karlsruhe 416

Pfaff, Christoph Matthaeus

Tubingae, 1727

Praefatio nova

[urn:nbn:de:bsz:31-375655](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-375655)

PRÆFATIO NOVA.

S Exennium abiit, ex quo primam institutionum harum editionem luci dedi. Non cogitaveram eo tempore, fore, ut libellus hic placeret eruditibus, in usum saltem auditorii mei conscriptus, nullo vel styli vel eruditionis nitore, sed copia saltem rerum in compendio indicatarum, quas historiae Ecclesiasticae doctor auditoribus suis exponere debet, & brevitate suâ, forsan & perspicuitate commendabilis. Contigit tamen præter omnem expectationem meam, ut intra breve tempus distraherentur exempla libelli, expeteretque Bibliopola novam editionem, sed castigatam, sed à mendis repurgatam, sed amplioribus notis auctam, sed talem, quæ fontes & libros ampliorem rerum notitiam anhelantibus lectoribus significaret, uno verbo, quæ novum opus, textu tamen haud mutato vel in novam formam fuso, videri posset. Jam, cum toties libellum hunc auditoribus exposuerim, haud difficile mihi fuit, notas illas conficere, vel ab auditoribus ex ore meo aut fontibus à me adaptatis excerptas

PRÆF.

PRÆFATIO.

ptas meo calculo munire. Conspicis verò
jam hîc illas, *Lector Benevole*, & quidem tex-
tui à me emendato revisoque affusas, qua-
rum magna pars cum additionibus in tabellis
exstantibus & indice eruditioni & industriæ
GEORGII FRIDERICI STEINWEGII, Phi-
losophiæ apud nos Magistri clarissimi, à quo
nonnisi præclara expectare potest res literaria,
debetur. Videbit lector sapiens, quî notis hisce
in amplius ediscendâ historiâ Ecclesiasticâ
plurimum adjuvari possit ejus penitus im-
bibendæ studiosus. Sed heic quidem pensum
illud historicum, quod nobis præscripsimus, non-
dum absolvimus. Stat enim adhuc sententia,
plenius Historiæ Ecclesiasticæ systema lima-
tiusque idem, si vitam viresque Deus dede-
rit, cujus & partem quandam jam conscri-
psimus, suo tempore luci dare. Quod do-
nec fiat, fruire saltem hisce, quæ hîc da-
mus, lector, sed & cogita, me, quæ heic
scripsi, non rerum jam peritis, sed studiosis
saltem scripsisse. Ita vale. Scripsi Cal. Apr.
A. MDCCXXVII.

HISTO.

S. L. S.

Praemon: Introductio brevis, solida tamen.

E. cum iudicio feligenda sunt argmta
gravissima, maxime necessaria,
utilissima.

In his rursus differētia, E. inaequalis brevitas.

E. Fontes maxime indicandi & osten-
dendum in Speciminibus, qua accurate
critica hic versandum sit.

E. Prolegomena uberiora & Hist
Lraria Hist Ecclca hic sunt necessaria.

PROLEGOMENA

Post Definitionem (I) Objectum (II) Fi-
nes (III) Fontes & subsidia (IV) caute-
las (V) ordinem considerab.

(a) Definitio alia S. R. Feuerlini:

*Hist^a Ecclesiastica & notia rerum gestarum,
quae Eccliam concernunt*

Perigenus: Notiam rerum gestarum, convenit
cum alijs Historie generibus.

E. est (1) Notitia vera

certa quandoque

è propria esperienza

e Scriptura s.

maximo probabilitatis gradu.

maximo probabilitatis
probabilis in minori gradu

in minimo iudicium suspendendi

Vol. ab utro, non à certitudine esti-
mande sunt disciplina. Hic ma-
gis difficultas.

(2) Objectum et actiones non summae
De actionibus in his

De actiones m. in vita naali g'siderant
E. etiam hic

E. etiam sic

actiones prout gesta sunt, non ut geri
debeant. H. enarr. in

studium evitandum.

(3) Fons, ⁽ⁱ⁾ Experientia propria, ⁽ⁱ⁾ imo paratissima, ⁽ⁱ⁾ quae parca

festes experti

Si esperti

E. ripa ^{Si in genere testati,}

...arar
necessaria.

⑤ Testimonium genuinū, n̄ corruptū
E. Critica

E. Critica opus est

1) Sensus & Philologia & interpretatio
2) Documenta

(6) Documenta publica & privata, utraq; examinanda.

à Fontibus differunt subsidia.

(A) Utilitas in Practicio, & Hist. Ecclesiastica Pragmaticè tractanda.

Christianam

F non supposititium,

« vulgo quidem planum & perspicuum dicitur,
at interdum obscurum admodum est, pa-
tet hoc ex fide dogmatis ubi in eisdem
verba clara et certum clara, in con-
textu v. admodum obscura & difficilia.

Qu. i. in Jura Ecclie, in Pruden Ecclie,